

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Theologische Vorlesungen - Cod. Ettenheim-Münster 169**

**[S.l.], [17. Jahrh.]**

Praeludium

[urn:nbn:de:bsz:31-114310](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114310)

TRACTATUS  
VINDVS.

De virtutibus Moralibus et  
Theologicis, earumq; oppositis

Prælatia s<sup>m</sup>  
De affectibus sine passionibus  
Appetitus sensitivi.

Nota 1. Inter quinque sensus externos, et sensum  
eodem internum, atq; imaginationem & alias in hōie  
potentias interiores, dividuntur in apprehensivas  
sive cognoscitivas, et appetitivas, apprehensiva alia  
sunt rationales, ut intellectus, alia sensitiva ut cogita  
tiva et estimativa. appetitiva alia dicuntur appetitus  
rationalis, ut voluntas, alia in inferiori rōie dicuntur  
appetitus concupisibilis et irascibilis, et in his duobus  
sunt passionēs, sive turbationes, et affectiones  
sive affectus, et motus animi, q̄ a gratia p̄dūq;  
catur.

Nota 2. affectum animi ē actum, quo appetitus  
approbat vel repudiat, bonum vel malum sibi  
oblatur ita valeat: <sup>Appetitus</sup> ~~Appetitus~~ autem definitur affectus

178  
Et actum appetitus cum passione corporis coniunctu  
et q' efficiat passio rer. passio sem lu. definitur  
motum virtutibus appetitibus sensibilibus ob imagina  
tionem boni vel mali, id est motum quo bonum  
per imaginationem appetitur ut conveniens  
expetitur, et malum imaginatione estimatum  
velut noxium repudiatu.

Nota tertio passiones dupliciter dividi.

Dividuntur 1. ex obiecto id est ex bono et malo:  
alia n. consistunt in appetitibus prosecutione, q'  
sunt versate circa bonum: alia consistunt in  
fuga quadam et detestatione, nimirum q' versan  
tur circa malum, ut recte S. Thomas 1. 2. d.  
q. 23.

Dividuntur 2. ex subiecto, nam q' sunt passiones  
sive in prosecutione, sive in fuga consistunt sunt  
in appetitu sensitivo concupiscibili alia in irasci  
bili, in concupiscibili sunt sex: amor, aviditas,  
desiderium, seu concupiscentia, abominatio, detesta  
tio, tristitia sine dolore. in irascibili sunt quinque:  
spes, desperatio, audacia, timor, ira. et sic sunt  
undecim passiones ut recte S. Thomas 1. 2. d.  
q. 23 et Valentia: 4. 2. d. 3 q. 1. et <sup>1. 2. d.</sup> 3  
moralium

+

Amor uersatur circa bonum absolute. concupiscentia seu est desiderium uersatur circa bonum, quatenus futurum est et obtinendum. Si delectatio seu gaudium uersatur circa <sup>bonum</sup> ~~malum~~ absolute. abominatio circa malum absolute. abominatio circa malum ut futurum et possibile. tristitia seu dolor circa malum quatenus iam instat uel uergat praesens. et sic sex passiones appetitus concupiscentis sunt circa bonum prosequendum uel malum declinandum, quatenus est difficile et arduum; passiones autem appetitus sensitivi irascibilis uersantur circa bonum uel malum, ut est difficile et arduum ad obtinendum uel uitandum. nam si bonum futurum sit et nondum obtentum, uel aestimatur possibile uel impossibile ad obtinendum; si possibile tunc excitat in irascibili duos motus profectionis, nimirum spem quae bonum difficile respicit tanquam finem, et audaciam quae contemnit difficultates ad media progreditur, quae conuincunt ad fare bonum consequendum. Si autem bonum difficile aestimatur impossibile ad consequendum, oritur motus desperationis. Si autem malum difficile uitatum est, iam praesens excitat iram, qua impellimur ad uindictam malum iam acceptum rependendo uicissim aliud malum. denique si malum difficile uitatum nondum praesens sit, sed futurum, exci-

labor timor, q̄ est passio ḡtraria audacia.

119

Nota q̄ aporem dicitur in amorem amicitiae et  
concupiscentia. amor amicitia dicitur quando appe-  
titur in <sup>bono</sup> ~~malum~~ sine amicum fertur. secundum  
se ipsum et tanquam in terminum et hoc amore  
contrahitur amicitia honesta. amor concupiscentia  
sed et in bonum non secundum se sed ut alteri  
applicatum est et hoc amore contrahitur amicitia utilitatis  
sive delectabilis. diuidua est ap̄i et theologo  
amorem in amorem concupiscentia, quo quis sibi  
bonum obiectum ut gratiam sibi approbat, et amo-  
rem desiderij qui est actus quo quis sibi aut alte-  
ri in nulli bono absque fetore et expectatum.  
diuidua deniq̄ amore in affectum et effectum.

Nota 5. odium dicitur in odium abominacionis  
sive fuge et in odium inimicia, odium abomi-  
nacionis pro obiecto nunquam est nisi malum pro  
ut malum late est odium aut <sup>inimicia</sup> quibus  
lumen malum ipsi malum videtur etiam habere pro  
obiecto fere aliquod malum illud nimirum q̄  
conipit esse in seo ut res mala aliquod probet  
malum

Proleptia

De habitibus qui sunt  
principia actuum humanorum?

Nota. habitus hic accipi ut significat quandam  
rei perfectionem accidentalem natura sua durabilem

et difficulter amissibilem p quam res certo quodam  
modo bene se habeat vel male. sine spectetur natura  
rei sine ipsius operatio ita ex S. Thom. et Arist.  
Valen. et Arist. bene quidem p bonos habitus male  
p prauos.

Nota 2. habitum. Et qualitatem et quidem determinatam  
naturam speciem qualitatis nimirum primam nam  
ead qualitatis proprie consistit in propria modo  
et determinatione accidentali substantie.

Nota 3. omnem habitum in uniuersum habe  
re ordinem ad operationem sine ex quo fit in  
ipsa natura substantia (sicut gratia gratificans  
et in essentia anima) saltem mediate refertur  
ad operationem cum dicitur natura fit p operatio  
nem et primum principium operationis sine fit  
in aliqua potentia substantia tunc hinc  
oriatur ordinem ad operationem.

Nota 4. habitus ueritatis et p se concurrere effectiue  
ad actus non quidem ut causas parciales unius  
eius, qui equiuocatur, sed tanquam perfectiones  
quasdam quae complent ipsam uiam actiuam  
potentialem.

Nota 5. in anima esset habitum qui illa  
disponit ad naturam superiorem ipse est diuina  
uicij effectiue participat p gratiam gratifican  
tem.

Nota 6. in intellectu est quorundam habitus, ead

+  
 E quae est indeterminata ad plura et diuersa fine,  
 ut se habet ad, maxime vero uoluntas est sub  
 rationem habituum cum sit imprimis indifferens  
 ad multa bona in parte.

Nota quod est triplex est habitus naturalis  
 quibusdam et infusus, natus sunt, qui sunt nature  
 ipsi generati, qui remote disponunt ad operationem  
 numerum illi, qui complexionem individui huius  
 sequuntur sicut per complexionem est uerba, sic scilicet  
 sunt magis aut magis apti ad intelligendum imo  
 etiam ad sectandam hanc uel illam uirtutem.  
 acquisiti sunt, qui generantur consuetudine et per  
 nos utrosque producantur, quia ex similibus  
 operationibus habitus fiunt, et post exercitum  
 aliquorum actum augentur. infusi sunt, qui non  
 habent diuinitatem communicantur, et hi sunt dupli-  
 ces, quidam dicuntur infusi per se quia sunt super-  
 natus secundum se non possunt a nobis generari  
 et, sed eos diuino <sup>munere</sup> accipiuntur. alij dicuntur  
 infusi per accidens, qui possunt quidem per actum  
 hominis acquiri, tamen diuinitatem in funduntur quod  
 per uult illos sine opera causa generata producere  
 tamen habitus sunt. Huius doctrina theologica,  
 illis uero momento infusa quam nobis multo et  
 continuo studio acquirimus.